

1788, 17.

PROCANCELLARIVS 119

IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D.

CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBURGENSIS CANONICVS
PANDECT. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR
ASSESSOR

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

IO. BALTHASAR. KÜSTNERI

A. M.

A. D. XXXI. JANVAR. MDCCLXXXVIII

PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT



PROFANCELLARIVS

IO. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D.
CATHEDRALIS ECCLESIAE HAMBURGENSIS CANONICVS
PANDACT. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR
ASSessor

SOLEMNIA INAUGVRALIA

PRAECEAEARISSIMI CANDIDATI

IO. BALTHASAR. KÜSTNERI

A. D. XXXI. MENS. NOV. 1790
HABITVS C. P. P. P.

1790



MISCELLANEORVM

AD IVS PERTINENTIVM

SPECIMEN IV

CAPVT XII.

Pro nummis aureis an reddi possint argentei?

Mutuum ea lege contrahi, vt debitor creditori aliquando tantundem eodem ex genere reddere teneatur, sciunt omnes, qui vel leuiter iuris scientiam attigerunt. *Mutuum damus*, inquit *PAVLVS* in *l. 2. D. de reb. cred. recepturi non eandem speciem, quam dedimus, (alioquin commodatum erit aut depositum,) sed idem genus: nam si aliud genus, veluti, vt pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum, itemque POMPONIVS* in *l. 3. D. eod. Cum quid mutuum dederimus, et si non cauimus, vt aequae bonum nobis redderetur, non licet debitori deteriores rem, quae ex eodem genere sit, reddere, veluti vinum nouum pro vetere: nam in contrahendo, quod agitur, pro cauto habendum est; id autem agi intelligitur, vt eiusdem generis et eadem bonitate soluatur, qua datum sit. Hoc quidem nonnulli ita acceperunt, ac si debitori haud liceat, creditori pro nummis aureis reddere argenteos, aut versa vice. Ego vero, vt illis subscriberem, nondum a me potui impetrare. Rationes si quaeris, accipe sequentes.*

Primo quidem in nummis non tam corpus s. substantiam, quam valorem spectari et aestimationem, notissimum est. Ele-

A 2 ganter

ganter PAVLVS in l. 1. pr. D. de contr. emt. Quia non semper, nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes, quod ego desiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis subueniret, eaque materia forma publica percussa vsus dominiumque non tam ex substantia praebet, quam ex quantitate. Nec aliter PAPIANVS in l. 94. §. 1. D. de solut. Si communes nummos credam aut soluam, confestim pro parte mea nascetur et actio et liberatio, siue in singulis nummis communionem pro indiuiso quis esse intelligat, siue in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem. Atque hinc est, quod debitor non eosdem, quos mutuos accepit, nummos, sed tantundem, i. e. rem eiusdem generis et aestimationis, reddere obstrictus sit. Prout quidque contractum est, ait POMPONIVS in l. 30. D. de solut. ita et solui debet, ut, cum re contraxerimus, re solui debet, veluti cum mutuum dedimus, ut retro pecuniae tantundem solui debeat.

Deinde aliis etiam iuris nostri locis nummorum argenteorum appellatione aureos interdum comprehendendi, latere haud potest eos, qui in eo non plane sunt hospites. Ita in l. 19. §. 3. D. de furt. legimus: Signati argenti numerum debet compleri, veluti aureos tot pluresue furto ei abesse, nec non in l. 65. D. d. V. O. Quae extrinsecus et nihil ad praesentem actum pertinentia adieceris stipulationi, pro superuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem, veluti si dicas: Arma virumque cano, spondro^{a)}; nihilominus valet. Sed et si in rei, quae promittitur aut personae appellatione varietur, non obesse placet: nam stipulanti denarius eiusdem quantitatis aureos spondendo obligaberis. rel. Ita autem in mutuo quoque apud Romanos obtinuisse, locuples testis est SENECA de Ben. VI. 5. Quidni? Cum omnis solutio non idem red-

^{a)} Hac de formula diximus Probabil. Lib. II. c. 2. p. 23. et in Addend. p. 176.

dat, sed tantundem. Nam et pecuniam dicimur reddidisse, quamvis numeravimus pro argenteis aureos.

Atque huic sententiae etiam subscribit I. O. WESTENBERG in *Princ. iur. sec. ord. Dig. Lib. XII. Tit. 1. §. 41.* simul tamen duas addens exceptiones, scilicet 1) si aliud speciatim conuenerit, 2) si creditor inde damnum aliquod passurus sit. Ad priorem quod attinet exceptionem, equidem nihil, quod admoneam, habeo. Quantum autem ad posteriorem, non nihil adnotandum esse videtur. Scilicet argumentum sententiae suae WESTENBERGIVS petit ex *l. 99. D. de solut.* ibique *debitoris loco creditorem* substituendum censet, quod sane factum haud oportuit. Verba *d. l. 99.* sunt: *Debitorem non esse cogendum, in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit.* Bene quidem memini, haud deesse, qui haec verba non de debitore, sed de creditore explicent, ideoque loco *τὸ debitorem τὸ creditorem* substituendum existiment. Quo minus autem tropica haecce instituamus, non modo Florentina prohibet lectio, sed faciunt etiam argumenta, quae pro scriptura recepta iam protulit IO. GVIL. MARCKART *Prob. recept. lect. iur. civ. P. II. p. 150 sq.* quaeque hic repetere nihil attinet^{b)}.

Plane igitur persuasus sum, debitori utique ius fasque esse, creditori pro nummis aureis reddere argenteos, et versa vice,

A 3

b) Ceterum recte coniecit I. G. MARCKART *l. c. p. 170.* in *l. §. D. de iust. verba in fraudem debitorum* ita intelligenda esse, ac si Iustus in *fraudem creditorum* scripsisset. Scilicet *τὸ debitorum* non est genitivus *τὸ debitor*, sed *τὸ debitorum*. Similia exempla protulit I. F. REITZ *de ambiguis p. 257.* recte monens, terminationem in *orum* omnino vitandam esse, quoties a nominatio plane contrario derivari queat. Fortasse etiam dici posset, debitorem pro eo, cuius quis debitor est, positum esse. Eo certe significato saepius *τὸ debitor* occurrit in veteribus chartis, ut docuit P. E. SPIES in *d. Archivischen Nebenarbeiten P. I. p. 104* et *P. II. in praef.* addens, in lingua etiam vernacula *τὸ Schuldner*, vsu vocabuli mutato, (abusivè) interdum dici pro *Glaubiger*.

vice, modo aliter haud conuenerit, debitorque simul praestet id, quod nummi, quos creditori reddit, minoris sunt illis, quos ante accepit. Hoc autem facto, ut recte *l. c. p. 157.* ait MARCARTVS, damnum, quod crepat creditor, imaginarium, sensuque iuris damnum plane non est. Debitor enim summam eiusdem quantitatis, licet in aliam formam soluens, suo vitur iure, itaque nemini facit iniuriam^c).

Ac his quidem praemissis neminem, spero, morabitur *Rescriptum Sax. Elect.* mense Maio anni 1786. ad Ampliss. Senat. um Lips. datum, quo praecipitur,

Dasß wegen vorwaltender Seltenheit der zu so vielen Zahlungen verschriebenen, gleichwohl in der Maasse, wie es der 13. Sr. des Münz-Edikts v. 14. Mai 1763. erfordert, schwerlich aufzubringenden alten Louisd'or a 5 Thlr. stat. selbiger jedermann, dem dergleichen verschrieben, von seinem Schuldner Churfürstl. Sächsl. seit dem Jahre 1772. geprägte, oder Königl. Preussl. und Herzogl. Braunschweigische, doppelte, ganze und halbe 5 Thlr. Stücke, oder das gesetzmäßige Wechsel-Kourant
hie-

c) Modo eiusmodi sint nummi, quorum vsus est permixtus (welche offenslichen Kurs haben); qua occasione haud inutile erit monuisse, quemadmodum hodie apud nos nummi, quorum vsus prohibitus est, solui haud possunt, sed solutio, praeterea monetae reductione, nummis publice probatis facienda est, ita etiam apud Romanos debita, moneta peregrina (e. g. gallica) contracta, ad monetam Romanam redacta fuisse. Facit hoc locus elegans c. c. in *Or. pro P. Quinctio cap. IV.* Cum pecuniam Quinctius Scapulae debuisset, per te, Aquilli, decidue (i. e. transegit) Quinctius, quod liberis eius dissolueret. Hoc eo per te agebatur, quod propter aerariam rationem (i. propter varietatem pecuniae Gallicae et Romanae, wegen der Münz-Differenz) non satis erat, in tabulis inspectis, quantum deberetur, nisi ad Castoris (i. e. aedem, ubi publica pecunia seruabatur, et omnes de re nummaria controversiae componebantur) quaesisset, quantum solueretur. Decidit statimque tu propter necessitudinem, quae tibi cum Scapula est, quid iis ad denarium (i. e. ad monetam Romanam) solueretur. *Conf. IAC. FACCIOLATI Exercitat. in Cic. Or. II. pro P. Quinctio et Sex. Roscio Amerino, pag. 11.*

hiesiger Lande an Konvent. Species, $\frac{2}{3}$ und $\frac{1}{3}$, mit dem Agio, wie solches in den von vereideten Mählern gefertigten Kours-Zeddeln stehet, unweigerlich bei Wechseln, Tratten und andern Zahlungen anzunehmen gehalten seyn, und dabei allemal der jede Woche vorher gefertigte Kours-Zettel, und besonders in der Messe derienige, so den Tag vor dem Zahltag mit Zuziehung fremder und einheimischer Kaufleute gefertigt wird, zur Richtschnur dienen soll.

CAPVT XIII.

Quatenus viae locaque lapidosa in modum agri computanda sint?

Vendito aliquot abhinc annis praedio quodam vna cum agris aliisque rebus eo pertinentibus, et quidem modo agrorum iugerumque numero satis definito, paulo post quaerebatur, vtrum in modum agri cedant etiam viae, per agros istos ducentes, itemque loca lapidosa (*Steinhorste*) ibidem ab emtore reperta. Hic quidem dicebat, emisse se agros cultos, nequaquam autem vias et lapides, s. loca sterilia, e quibus nihil fructus vtilitatisque peruenire ad ipsum possit, eamque ob causam ea haud computanda, sed, his deductis, modum agrorum definitum a venditore sibi praestandum esse. Alia autem omnia sentiebat venditor, vt pote qui omnes fundi partes computandas, et nee vias, nec loca lapidibus onusta detrahenda esse aiebat. Enimuero neuter per omnia recte sentire album. que calculum mereri videbatur. Quod enim ad vias attinet, merito inter *publicas* et *priuatas* distinguendum esse censemus, quo de discrimine optime exposuit *VLPIANVS* in l. 2. §. 21 — 23. *D. ne quid in loc. publ. Viam publicam*, inquit, *eam dicimus, cuius etiam solum publicum est; viae priuatae solum alienum est, ius tantum eundi et agendi nobis competit. Viarum quaedam publicae*
sunt,

sunt, quaedam privatae, quaedam vicinales. Publicas vias dicimus, quas graeci βασιλικὰς, nostri praetorias, alii consulares appellant. Privatae sunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales sunt, quae in vicis sunt, vel quae in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicunt, quod ita verum est, si non ex collatione privatorum hoc iter constitutum est; aliter atque si ex collatione privatorum reficiatur. Nam si ex collatione privatorum reficiatur, non utique privata est: refectio enim idcirco de communi fit, quia usum utilitatemque communem habet. Privatae viae dupliciter accipi possunt, vel hae, quae sunt in agris, quibus imposta est servitus, ut ad agrum alterius ducant, vel hae, quae ad agros ducant, per quas omnibus permeare liceat, in quas exitur de via consulari, et sic post illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens. Has ergo, quae post consularem excipiunt, in villas vel in alias colonias ducentes, putem etiam ipsas publicas esse.

Iam cum dici nequeat, vias publicas, itemque vicinales, quae publicarum loco habentur, partes fundi esse, per quem ducunt, nullamque inde utilitatem percipere fundi dominus possit, in aperto est, easdem in numerum iugerum definitum haud computandas esse^a).

Quan-

a) In Mandat Sax. d. d. 23. April. 1781. den Straßenbau betr. cap. II. tres memorantur viarum publicarum species, scilicet 1) die durch Verordnungen und Mandate bestätigte, denen mit schwereen Meßbüchern und Kaufmannsfrachten beladenen Fuhrleuten zu halten anbefohlene, und von einer Landes-Grüze zur andern durch die Haupt-Handels-Stadt Leipzig führende hohe Heer- Stapel- und Land-Strassen, 2) die das innere Landes-Commercium von einer Manufaktur- oder Markt-Stadt zur andern befördernde, und von leichtern Fracht-Fuhrleuten, incl. den Posten befahrne innere Commercial-Strassen, 3) die zu Verführung der Naturalien nach den Städten und zu der übrigen Handhabung den Landleuten dienende Communications- Dorf- und Nachbar- Wege; quae igitur omnes in modum agrorum haud cedunt. Idem dicendum mihi videtur de limitibus agrorum, quos vulgo Reine vocant, nisi scilicet dominus fundi iis libere utatur,

Quantum autem ad vias priuatas, hae utique partem fundi venditi constituunt, ideoque in modum agri cedere necessario debent. Audi quaeso PAVLVM in *l. 5t. D. de contr. emf. Littora, quae fundo vendito coniuncta sunt, in modum non computantur, quia nullus sunt, sed iure gentium omnibus vacant: nec viae publicae, aut loca religiosa vel sacra.* Itaque, ut proficiant venditori, caueri solet, ut viae, item littora et loca publica in modum cedant; eundemque in *l. 7. §. 1. D. de per. et comm. rei vend.* Quod venditur, in modum agri cedere debet, nisi id actum est, ut recederet. At quod non venit, in modum cedendum, si id ipsum actum est, ut recederet, veluti viae publicae, limites, luci, qui fundum tangunt. Cum vero neutrum dictum est, cedere non debet, et ideo nominatim caueri solet, ut luci, viae publicae, quae in fundo sint, totae in modum cedant ^{b)}.

Quid autem de locis lapidosis in agro existentibus dicemus? Cum huiusmodi in rebus, nostra imprimis aetate, humanae industriae atque nihil fere imperuim sit, itaque loca etiam inculta et sterilia facile aperiri melioremque in formam redigi possint, ego quidem loca lapidosa in fundo vendito reperta in modum agri omnino computanda esse existimo. Ager incul-

tur, fructusque (e. g. gramen) inde percipiat. Conf. SCHILTERI *Exerc. 39. §. 87.* et HALTAVSII *glossar. germ. p. 1542.* In dubio utriusque viciniorum communes esse videntur. HOMMEL. *Obs. 301. n. 10.*

b) De viis dixit etiam SIEVLVS FLACCVS in libr. de conditionibus agrorum, inter Rei agrariae auctores legeique varias, extra WILH. GOESII *Amsfel. 1674. edit. p. 3.* Leges agrariae, ex libris IUSTINIANI Imp. selectae, sunt in *Suppl. Thef. Meerm. pag. 388.* vbi tamen REITZIVS in not. Licet inscriptio auctorem harum legum faciat Iustinianum, eum tamen non magnum illum, sed nouissimum fuisse, ait Cuiacius *Oper. Tom. IX. p. 411.* — De agrimensuris Rom. exercitatio iurid. antiquar. prod. *Bremae 1771.* cuius auctor esse fertur C. A. HEINECKEN. Vid. C. WEIDLICHII *Biogr. Nachr. P. I. p. 266.*

B

incultus quomodo sit aperiendus^{c)}; docet PALLADIUS de *re rustica* Lib. VI. Tit. I. §. 3. in *Scriptor. rei rusticae*, Tom. II. p. 956. vt nihil iam dicam de modis agros aperiendi et colendi recentiore aetate inuentis et excogitatis. Quotusquisque ager ita comparatus est, vt omnes eius partes lapidibus aliisque rebus fertilitatem minuentibus penitus careant? Quot non igitur nascerentur lites, si eiusmodi loca in modum agri haud cederent, sed detrahi potius deberent? Nihil tam naturale est, quam vt is, quem rei cuiusdam sequuntur commoda, eiusdem etiam incommoda aequo animo ferat. Quae cum ita sint, haud dubitauit Ordo noster in causa supra memorata, moto creditorum venditoris concursu, ita respondere:

Dass die fol. — als ermangelnd angegebenen 134. Aecker und 6. Quadrat-Schuh, ingl. der fol. — angezeigte Betrag der Fahrwege und Fufssteige durch drei verpflichtete Taxatoren, deren einen Klägere und den andern Beklagter zu ernennen haben, der dritte aber obrigkeitshalber zuzuordnen ist, nach demienigen Werth, welchen die bemeldten Aecker zur Zeit des geschlossenen Kontrakts gehabt, und zwar nach dem Verhältnis des auf die geklagten sämtlichen 667. Morgen Landes gesetzten Kauf-Geldes, jedoch dergestalt, dass dabei auch auf die Gerechtigkeiten des Guths mit Rücksicht genommen werde, zu würdern, und Klägere mit dem ausfallenden Betrag unter den gemeinen Gläubigern, sowohl nach Befriedigung sämtlicher Gläubiger mit dem Verzugszinsen sothanen Betrags von Zeit des wegen dieser Aecker geschlossenen Kontrakts, zu befriedigen, sie könnten und wollten denn ein älter und besser Recht in Sächsischer Frist beibringen, so ergeth ihrer Location halber serner, was Recht ist, rel. idque his additis rationibus.

Ob-

c) *Aperire agrum est rudem et incultum aratro profcindere; riam autem aperire est ad veterem altitudinem latitudinemque restituere. L. 1. D. de via publ. et itin. publ. ref. Conf. WILH. GOESII Ind. in Rei agrariae auctores, f. v. aperire.*

Obwohl Beklagter, daß die fol. — angegebenen Fahrwege und Fußsteige von dem Ackermaße nicht abzuziehen, Klägere aber, daß dergleichen auch wegen des daselbst bemeldten Steinhorsts geschehen müsse, sowohl ersterer, daß es gegenwärtig nur auf Entscheidung der Frage: Ob die fol. — gedachten $3\frac{1}{2}$ Aecker, 14. Quadrat-Ruthen und 5. Quadrat-Fuß von dem bei der Ausmessung befundenen Betrage abzuziehen seyen oder nicht? ankomme, zu behaupten gesucht; und daß solchergestalt das Erkenntnis anders, als in vorstehender Maße, einzurichten gewesen sey, es sich ansehen lassen möchte: Dennoch aber und die weil Klägerer Erblassern fol. — 667. Morgen Landes, worunter nichts anders, als tragbares Feld verstanden werden kan, verkauft worden, bey Berechnung dieses Ackermaßes aber die öffentlichen Wege und Stöge allerdings abzuziehen sind,

l. 51. D. de contr. emt. l. 7. §. 1. D. de per. et comm. rei vend.

G. C. LEISER Ius Georg. p. 469.

dahingegen, so viel den angegebenen Steinhorst betrifft, solcher entweder, wie aus den Ääen — glaubhaft wird, bereits zu tragbaren Felde gemacht worden, oder dazu noch gemacht werden kan, folglich es mit selbigem eine ganz andere Bewandnis, als mit den Fahrwegen und Fußsteigen hat, im übrigen, da laut des fol. — befindlichen Erkenntnisses Beklagter in Ansehung des 5ten Klagepunkts, welcher obgedachte Acker betrifft, von der erhobenen Klage nicht zu entbinden, Klägere nach der ebendasselbst erkanten und nunmehr geschehenen Ausmessung ihre diesfällige Befriedigung, und zwar, daferne sie ein Vorzugrecht vor andern Kreditorn beizubringen nicht vermögen, unter den gemeinen Gläubigern allerdings erhalten müssen.

rel.

Remissio feloniae quatenus restitutio in integrum dici queat?

Mortuo, anno huius seculi quadragesimo nono, sine liberis quodam vasallo simultanee inuestiti, qui ius in feudo ipsis competens, impetrata eius iusto tempore renouatione, integrum seruauerant, feudum possessore destitutum soli occupant, eoque a domino directo, nulla reliquorum simultanee inuestitorum, qui renouationem neglexerant, habita ratione, inuestiuntur. Anno tandem 1775. illi neglectus sui remissionem hac fere impetrant formula:

Nachdem bei uns die Gebrüdere und Vettere von — zu — um Coudonirung der von ihnen an den Güthern zu — sowohl in manu dominante als in manu seruiente auf verschiedentlich sich begabende Fälle begangenen Lehns-Omissionen unterthänigst ange sucht, und Wir gestalten Umständen nach sämtlichen vorgedachten von — die Mitbelehnenschaft an sothanen Güthern auf ihr geziemendes Anmelden hinwiederum bekennen zu lassen resolouiret: Als ist hierdurch Unser Begehren, ihr wollet diese Unsere gnädigste Willensmeinung ihnen wissend machen, und selbige, das sie binnen einer a die intimationis an zurechnenden zweimonathlichen Frist ihrer Lehns-Obliegenheit hierunter gebührend nachkommen sollen, bedeuten.

Iam, omnia iura se recuperasse planeque in statum pristinum restitutos esse, rati a feudi possessoribus partem eius dimidiam, tanquam pristini possessoris morte sibi delatam, postulant. Haec postulatio iustane et aequa, an iuri potius contraria sit, quaerebatur.

Si verum esset, quod nonnulli dicunt, feloniae remissionem simpliciter restitutionis in integrum vice fungi, omniaque iura ei, qui illius particeps factus est, reddere, dubitari vix posset

posset, quin petitio ista iuri conueniens eique annuendum sit, propterea quod restitutio in integrum reapse est causae amissae redintegratio, eaque impetrata omnia in statum pristinum reducuntur ita, vt restitutus nec damnum nec lucrum faciat. *l. 24. §. 4. D. de min. l. 22. §. 1. D. ex quib. caus. mai. l. 2. C. in quib. caus. in int. rest. l. 1. C. si adu. transact.* Enimuero illam ipsam sententiam haud per omnia veram esse, quisquis rem paulo diligentius considerauerit, facile intelliget. I. G. HEINECCIUS in *Consil. et Resp. no. 30.* distinguit, simultanee inuestitus ob neglectam renouationem iure in feudo ipsi competente per sententiam priuatus et postea demum restitutus fuerit, an indemnatus restitutionem impetrauerit. Illo casu simultanee inuestito, postea restituto, nouum constitui feudum, adeoque omnia, quae interea facta sint, ab eo rata habenda esse, hoc contra simultanee inuestitum ita, vt nullum plane damnum sentiat, in integrum restitui contendit. Atenim nititur haec opinio falsa illa persuasione, vasallum ob feloniam feudo haud ipso iure, sed per sententiam demum excidere, quod tamen aliter se habere, iam alibi (in *Elem. iur. feud. §. 581.*) diximus. Vasallus scilicet eo ipso momento, quo feloniam committit, feudi iacturam facit, possessio autem, antequam sententia condemnatoria in rem iudicatam transit, ei auferri haud potest. Prius sine controuersia etiam in simultanee inuestitum conuenit, cum nulla suppetat ratio, quare is melioris conditionis, quam ipse vasallus principalis, esse debeat. Quod autem ad feudi possessionem attinet, simultanee inuestiti iure Sax.^a) ea non gaudent, neque adeo ad eandem ipsis auferendam sententia opus est, sed, vt primum simultanee inuestitus iuris sui renouationem

B 3

nem

a) Vid. I. L. FLEISCHER *Iust. I. F. XIV. II.* et I. G. BAVER *de iud. et nar. inuest. feud. §. 47.*

nem neglexit, nulla amplius ratio eius habetur, nisi sua sponte culpam a se amoliat, aut eius remissionem impetret.

Hoc ipsum non modo iuris feudalis analogiae consentaneum, sed apud nos etiam singulari *Res. d. d. 10. Octobr. 1777.* quod in *Obs. iur. feud. p. 138.* integrum exhibuimus, diserte sancitum est. Verba, quae huc pertinent, ita se habent:

Wenn wir denn den Lehnrechten und der Lehnverfassung in Unsern Landen angemessen zu seyn erachten, das eines Theils auf die Mitbelehnten, welche zur Zeit des an die Mitbelehnten erfolgten Anfalls in der gesamten Hand nicht wirklich stehen, keine Rücksicht zu nehmen, vielmehr solchenfalls denen ihnen vor ihren Versäumnis in der Mitlehnschaft gleich oder nachgestandenen und in derselben wirklich noch befindlichen Mitbelehnten die Hauptbelehnung nicht zu versagen, auch diesen in der gesamten Hand stehenden die Beibringung ihres Näherrechts vor dem versäumten, oder des gänzlichen Abgangs desselben, nicht anzuzunnen, sondern nur die versäumten, wenn SIE SICH SELBST um rechtliches Gehör melden, zum Beweisi ihrer etwanigen rechtlichen Entschuldigungs-Ursachen im Wege Rechtens zuzulassen, und dasjenige, was hierauf rechtskräftig entschieden werden wird, von beiden Seiten zu agnosiren sey, auch andern Theils der Lehnherr an die Stelle der Mitbelehnten, welche vor dem an sie erfolgten Anfall sich versäumt gehabt, nicht trete, sondern die Lehnsfolge an die noch vorhandenen Mitbelehnten gelange.

Et si igitur simultaneae inuestiti, quorum supra meminimus, ao. 1775. feloniae remissionem impetrauerant, gratiaque domini directi simultaneae inuestiturae denuo participes facti erant, hoc tamen efficere non poterat, ut ii, quibus feudum multis ante annis delatum erat, quique eo integro inuestiti fuerant, dimidia eius parte cedere tenerentur. Valeat ius simultaneae inuestiturae denuo illis concessum in tempus futurum, in

in praeteritum certe valere non potest. Licet quidem domino directo, remittere feloniam, tam propriam, quam impro-
priam, vt in *Elem. iur. feud. §. 583.* ostendimus; sed hoc in-
telligitur saluo aliorum iure, quod iusta ratione ipsis quaesitum
fuit.

Argumentum huic sententiae etiam suppeditat *Mand. Sax.*
d. d. 30. April. 1764. Tit. V. §. 3. ex cuius praescripto culpae
veniam impetrans nec alienationes, nec oppignorationes, post
feloniam et ante eius remissionem consentiente domino factas,
impugnare potest. Quae cum ita sint, haud dubitamus, quin
ab Ordine nostro, sententiam proposita in specie rogato, ita
recte responsum fuerit:

*Sind die von A. zwoter Linie zur Zeit, da H. v. A. verstorben,
der Mitbelehnenschaft an dem Ritterguthe B. wegen gewisser Omis-
sions-Fehler verlustig gewesen, und wird, nachdem sie dieser-
wegen allererst im Jahr 1775. Pardon erhalten, darüber:*

*Ob selbige nunmehr der Wiedereinsetzung in vorigen Stand der-
gestalt sich zu erfreuen haben, das die von A. erster Linie ih-
nen einen Theil des Oberhofs zu B. abzutreten verbunden?*

rechtliche Belehrung verlangt.

*Ob nun wohl ein Lehmann, welcher vormals einen Lehnsfehler
begangen, durch den ihm angediehenen Pardon dergestalt wie-
der in vorigen Stand gesetzt wird, das ihm die ehedem began-
gene Felonei in der Zukunft weiter nicht nachtheilig ist,*

Heinecc. Consil. et Resp. no. 30.

*demnächst der von denen von A. zwoter Linie vormals begangene
Lehnsfehler laut der Geschichtserzählung lediglich darinne bestan-
den, das die Mitbelehnenschaft nicht zu gehöriger Zeit besolgt
worden, dergleichen Vergehung aber von dem Lehnherrn ohn-
freitig nach Gefallen verziehen werden kan, wozu noch kömt,
das dem Anführen nach wegen obbemeldten Lehnsfehlers niemals*

eine

eine privatorische Klage angestellt worden, weniger ein verdam-
mendes Urtheil darauf erfolgt ist, und daß bei diesen Umstän-
den denen von A. zwoter Linie der vormalige Lehnsfehler weiter
nicht nachtheilig, vielmehr durch den neuerlich erhaltenen Pardon
gänzlich ausgelöschet worden sei, davor gehalten werden möchte;

Dennoch aber und diuweit die von A. zwoter Linie im Jahr
1749. als H. von A. verstorben, nicht Successionsfähig gewesen,
sondern die von A. erster Linie des eröfneten Oberhofs zu B. sich
mit Recht allein angemaaßet, sowohl damit höchsten Orts belie-
hen werden, folglich der neuerliche Lehnsardon vom Jahr 1775.
auf dasienige, was bereits im Jahr 1749. vorgegangen, keines-
weges zu ziehen, weniger selbiger das damals geschehene hinweg-
derum ungeschehen macht, besonders da von dem vergangenen dar-
inne nichts enthalten ist, vielmehr es daselbst also heisset:

und Wir gestalten Umständen nach sämtlichen vorgedachten
von A. die Mitbelehnenschaft an sothanen Güthern auf ihr gezie-
mendes Anmelden hincwiederum bekennen zu lassen resolviret,
über dieses in dem gnädigsten Lehns-Mandat v. 30. April 1764.
Tit. V. §. 3. versehen:

Daß daferne sich jemand an der Lehn oder Mitbelehnenschaft
eines Guths wirklich versäumet, und nachgehends dieserhalben,
ehe das Guth an einen andern durch Kauf oder Tausch mit
Lehnherrlichen Consens gediehen, oder ehe der Anfall an die
mit dem versäumten Gesamthänder in gleichen oder auch ent-
ferntern Successions-Rechte gestandene Mitbelehnte geschehen,
pardoniret werden, ihm solche, damit die währenden Versäum-
nisse ertheilten Lehnherrlichen Consense und zulässig gesche-
hene Alienation eines oder andern Pertinenz-Stücks in ihren
Würden bleiben, anderergestalt nicht, als in dem Stande, wie
sich das Guth zur Zeit des erhaltenen Pardon: befunden, be-
kennet werden solle,

mit-

mithin die von A. zwoter Linie den neuerlich erhaltenen Lehns-
pardon in Ansehung dessen, was bereits im Jahr 1749. vorgefallen,
sich nicht zu Nutze machen können,
So sind die von A. erster Linie denen von A. zwoter Linie den-
jenigen Antheil des Oberhofs zu B. woein letztgedachte Linie,
falls selbige keinen Lehnsfehler begangen gehabt hätte, zu suc-
cediren berechtigt gewesen wäre, abzutreten keinesweges
verbunden.

Ceterum videre hic licet exemplum, vbi vasallus princi-
palis vel inuitus ferre tenetur, vt quis (iure quasi postliminii)
simultaneae inuestiturae denuo particeps fiat. Res omnis a
domini directi gratia pendet, an scilicet ei, qui simultanea in-
uestitura iam antea gauisus est, neglectam renouationis ig-
noscere, eumque, ad tempus futurum quod attinet, in inte-
grum restituere velit; quod quidem feudi possessor eo aequiore
ferre debet animo, quo minus, nisi simultaneae inuestiturae antea
renouationem iuris sui neglexisset, feudum integrum ad ipsum
peruenturam fuisset.

CAPVT XV.

*Cautionem a debitore cambiali oblatam eum a carcere s. custodia
haud liberare.*

Licet quidem iudici, solutam a debitore cambiali pecuni-
am, oppositis probabilibus exceptionibus, pro causae quali-
tate, vel inuito creditore, peregrino aut minus locuplete, in
iudicio, dum reconuentio finita fuerit, adseruare; debitorem
autem ob exceptionem ab eo oppositam nondumque liquidam
oblata cautione dimittere, id iudici haud licet. Finge igitur,
debitorem opposita exceptione minoris aetatis petere, vt inter-
ea, dum de hac exceptione doceatur s. iudici fides fiat, datis
C
pigno-

pignoribus aut fideiussoribus dimittatur. Poterint iudex huic postulationi annuere? Nequaquam; propterea quod hoc iuri cambiali, quod praecipue ad securitatem creditoris fidemque publicam seruandam comparatum est, quam quod maxime contrarium esset. Nihilominus tamen minus fecerat hoc nuper aliquis magistratus, ignarus, id etiam iure Saxonico diserte prohibitum esse. En verba *Res. Grau. d. a. 1681.* (paucis, ni fallor, nota) in *C. A. Tom. I. 360.*

Dass in Wechsel- und andern in continenti erweislichen Handelschulden die Cognition über Annehmlichkeit der Caution nicht bei dem iudice, sondern in der Willkür des creditoris beruhen solle, ist an sich selbst billig, und der Natur des Wechselrechts nicht anders gemäsi. Daher wollen Wir das erneuerte Marktrescript^{a)} dahin erklären, dass in klaren und richtigen Wechselchulden keine Caution, als womit der creditor, welcher schlechterdings der baaren Zahlung mit Verwerfung aller, auch der besten, Caution zu insthiren besugt, zufrieden, zugelassen oder angenommen werden solle,

quae quidem nulli plane dubio locum relinquunt. Sed instas fortasse et ais, id ipsum, quod a magistratu, vt diximus, factum erat, creditori vtile esse, propterea quod sic periculo emendam Saxoniam debitori, carceri mancipato, soluendi haud subiciatur. Enimvero primo quidem hic non, quid vtile, sed quid iustum sit, quaeritur. Deinde plane persuasus sum, debitorem, etsi deinceps exceptionem minoris aetatis doceat, tamen ob custodiam, in qua detentus fuit, emendam Saxoniam a creditore petere haud posse. En verba *Mand. Sax. d. d. 16.*

^{a)} Scilicet in *d. Ern. Leipz. Marktrescripts d. a. 1666.* dicitur, debitores cambiales tandem in custodia teneri debere, *bis sic baare Bezahlung oder annehmliche Versicherung geleistet, quod hic declaratur et quodammodo corrigitur.*

d. 26. Nov. 1776. *Wie es mit dem Wechselverfahren in dem Marggrafthum Oberlausitz gehalten werden soll, S. 16.*

Gegen Schuldner, so dem 2ten §. dieses Mandats zuwider Wechselbriefe ausstellen, soll, wenn sie hernach ihre Unfähigkeit vorzuschützen, und solche bei Production des Wechsels nicht durch gerichtliche oder andere glaubhafte Urkunden sofort darthun können, so lange, bis sie solche beigebracht, mit der Kaptur verfahren werden, und sie, wenn nachmals die Exception bescheiniget, auch sie des Arrests entledigt worden, wegen dessen Erdultung gegen den Wechselgläubiger keinen Rechtsanspruch haben, als dahin Wir die Mandate v. 22. April. 1719. und 17. August 1724. hiermit erklären;

quod quidem apud nos quoque attendendum esse, ex iis, quae initio eiusdem Mandati dicuntur^{b)}, haud obscure colligitur.

Sed indicenda nunc sunt sollemnia inauguralia

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

IO. BALTHASAR. KÜSTNERI

A. M

qui sua de vita, laudabiliter adhuc acta, ipse his fere verbis exposuit:

Ioannes Henricus Küstnerus fuit nobili mercaturae faciendae et peritia et felicitate in urbe Francofurtana ad M. gente, quae civi-

C 2

tati

b) His scilicet verbis: *Wasmassen Wir zu Aufrechtbaltung des Credits für nöthig befinden, daß in Unserm Marggrafthum Ober-Lausitz bei dem gerichtlichen Verfahren in Wechselfachen aller Zweifel, auch Aufenthalt des schnellen Laufs des Wechselrechts abgesehnitten, und soviel der Oberlausitzischen Verfassung noch thunlich, eine Gleichförmigkeit mit Unseren alien Erblanden beobachtet werde.*

tati Lipsiensi duos consules, patrem filiumque Gottfridum Gulielmum, et Christianum Gulielmum Küstneros dedit, oriundus. Is Ioannis Philippi Küstneri, eius, quem dixi, Gottfridi Gulielmi, olim consulis, patris exemplum imitatus, patria relicta, ac sede fortunatarum Lipsiae constituta, ibi mercator primarius fuit. Connubii foedere vitae societatem sibi iunxit Ioannam Gulielmiam, Fabri, mercatoris nobilissimi urbisque senatoris, filiam, quae fecunditate sua maritum decem liberorum patrem fecit. Filius natus maior Ioannes Balthasar, paternum vitae genus secutus, et, propter negotiorum gerendorum scientiam atque dexteritatem, in societatem mercaturae a patre adscitus, duxit Carolinam Fridericam, Iusti Henrici Hansenii, in urbe Lipsica mercatoris item primarii, qui famam, quam mercatura feliciter exercenda adeptus est, ad filios propagavit, filiam natalium ordine tertiam, ingenio moribusque praestantissimam. Ex hoc matrimonio hisque parentibus beneficio diuino adhuc superstibus ego prognatus lucem adspexi Lipsiae a. d. XIV. Decembr. A. C. MDCCCLXIII. Puritatem meam reuerunt magistri domestici, qui in eo elaborarunt, ut animo meo doctrinae christianae capita morumque praecepta instillarent, ingeniumque primis litterarum elementis fingerent atque formarent. Ex his imprimis ob singularem fidem diligentiamque praedicandus est Hauswaldus, qui opere Montesquiano de ingenio legum post Illustris Kaesneri labores nouo studio in linguam germanicam transferendo et animaduersionibus illustrando materiam laudis quaesuit. Adultior factus magistris usus sum daumuiris, Hofmanno, scholae Thomanae collega tertio, et Forbigero, scholae Nicolaitanae Conrectore, qui ad praestantissima veterum scriptorum monumenta rite intelligenda et aliquam latini sermonis facultatem comparandam mihi viam praeparauerunt. Sic ingenio animoque conformatus, quoniam scholarum illustrium, quae in Saxonia nostra Serenissimorum Principum munificentia sustentatae florent, ea laus est, ut in illis adolescentes seuera lege proficere teneantur,

tur, *A. C. MDCCLXXX.* a parentibus missus sum in celeberrimam scholam, quae Misena est, ad graecae latinaeque litteras omnesque liberales artes adripiendas. Ibi in eorum, qui externi dicuntur, numerum receptus, nactus sum praeceptores fidelissimos, qui tum hanc Musarum sedem ornabant. Inprimis summa erga me merita exhiberunt Gottleberi Rectoris, Mülleri Correctoris, et Ludickii Mathematici. Triennio in illustri Afraneo exacto *A. C. MDCCLXXXIII.* in patriam urbem academiamque reuersus, et Rectore Magnifico Platnero albo ciuium academicorum inscriptus, Reizio scriptores veteres adcurate et eleganter enarranti adsedi, et exercitationibus, quas instituit, latine scribendi et differendi interfui. Hindenburgium mathematicas disciplinas tradentem frequentavi. Platnerum de rebus ad philosophiam pertinentibus disertum audiui. Hilscherum in excolendo historiarum studio duce[m] habui. Iuris bene discendi duces auctoresque mihi fuerunt Segerus atque Richterus, quorum beniuolentiam, qua me complexi sunt, ut publice laudem, pietas postulat. Ac Segerum quidem praeceptorem habui in iure naturae ac gentium, in Imp. germ. historia et iure publico, in iure criminali ceterisque iuris partibus, quas explicare solebat. Richterum autem iuris ciuile[m] et canonici ceterarumque iuris disciplinarum doctorem, ut et artis disputandi magistrum habui. Denique Kindium in ordine iudiciario et iure Saxónico duce[m] mihi obtingisse laetor. Anno *MDCCLXXXVI.* ab Ampliss. Philosophorum Ordine magister creatus, praeside Richtero Exercitatus, de re libraria in I. G. ordinanda in auditorio Istorum publice defendi. Superiore denique anno, superato primo examine, ab Illustri Istorum Ordine iuris utriusque Baccalaureus, moxque ab Ampliss. Senatu Lipsiensi Notarius publicus creatus sum.


Iam ad altiora progressurus a Collegio nostro, ut summi in iure honores ipsi tribuantur, petiit. Cui desiderio, postquam

quam in examine, quod vocant, rigoroso Collegii expectationi omni ex parte satisfecit, cum deesse haud potuerimus, ut publice quoque de eius profectibus constet, proximo die Mercurii in auditorio Ictorum hora a meridie II. l. 22. C. de negotiis interpretabitur, mox autem a. d. XXXI. huius mensis hora IX. eodem loco dissertationem de pupillari testamento, praeterita impuberis matre rato, sine praeside defendet, quo facto vir illustr. excellentiss. atque consultiss. Dn. CHRISTIANVS RAV, Tit. de V. S. et R. I. Prof. Ord. Supremae in Prouincia Curiae et Ordinis Ictorum Lips. Assessor, fautor atque collega honoratissimus, cui ex eiusdem Ordinis decreto Promotoris munus delegaui, summos in iure honores cum omnibus priuilegiis atque iuribus huic dignitati adnexis, sola spe ad sessionem in Collegio nostro aspirandi excepta, ipsi tribuet atque concedet. Quam sollempnitatem ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLUSTRISSIMI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, CIVES DENIQUE GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE praesentia sua honorifica splendidiorem reddere velint, enixissime rogamus. Sc. Lipsiae a. d. XXVI. IANUAR. MDCCLXXXVIII.

LIPSIÆ

EX OFFICINA KLAVBARTHIA






ULB Halle

3

005 482 992







1788, 17.

PROCANCELLARIVS 119
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D.
CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBVRGENSIS CANONICVS
PANDECT. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR
ASSESSOR

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

IO. BALTHASAR. KÜSTNERI

A. M

A. D. XXXI. IANVAR. MDGCLXXXVIII

PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT

